

P V I S

1 6 1 8





I. Conzadi Rittershusii Paraphrasis Psalmi XC nuptiis dic.  
 II. Berzmani paraphrasis Psalmi Matuzi, 121. 91. 125. 124.  
 III. Berzmani paraphrasis Psalmorum 22. 16. 08.  
 IV. Berzmani paraphrasis Psalmi 08.  
 V. Berzmani Epitaphion Psalmorum 91. 97.  
 VI. Berzmani Psalmi 104. 8. 19.  
 VII. Poletani Paraphrasis Prophetarum Iona  
 VIII. Mundorpii paraphrasis Iona.  
 IX. M. Iacobi Gregorii Ionas.  
 X. Iohannis Fabri de Nativitate Christi.  
 XI. M. Theodori de Nativitate Christi.  
 XII. Wiltzeri Oda de Redemptionis Opere.  
 XIII. Opitii de Deo u. Christi ad Inferos.  
 XIV. Dornarii Heptar simulam Resurrectionis.  
 XV. Stentorii ubi impudentissimis.  
 XVI. Trautmanni instructio p. vero Lutherano.  
 XVII. Praetorii Epistola Germaniae ad Electores.  
 XVIII. Moiti ex Roma ad Christianum Br. Ansb.  
 XIX. De reb. gestis Iohannis Ernesti Br. Ansb.  
 XX. Henna ab Eisen ad Mauniciam hysse.  
 XXI. Abrahami Cremeri ad Electorem Brand.  
 XXII. M. Imlingi<sup>us</sup> statulato in Natalem  
 Rudolphi Principis Anhaltini.  
 XXIII. Moiti in Nuptias Rudolphi Br. Ansb.  
 XXIV. Berzmani Ecloga Rodolphus.  
 XXV. Bromii Nuptiis 2dis Rudolphi Br.  
 XXVI. Wrsini et M. Jeno Nuptiis  
 eiusdem.  
 XXVII. Parentalia Augusto Electori a  
 D. Maiore habita.

XXVIII. Eod. Auct. Iohanni Ernesto  
 Cipi Anhaltino u. Alberto Vito dictus.  
 XXIX. Festschii in obitum eiusdem Principis  
 XXX. Angelii ad Baronem de Wschmitz.  
 XXXI. Memoriae Damielii Diepsoldii.  
 XXXII. Abrahami Cremeri proreptionis ad Polon.  
 XXXIII. Proreptionis Fuschii et Cremeri dicta.  
 XXXIV. M. Vietori, cum renuntiaretq. Rector.  
 XXXV. Oda Sapphica in Doctores Honoratus  
 Fuschii &  
 XXXVI. In Magisterii Honore Ihan. Cram.  
 XXXVII. Berzmani in honorem Magisterii  
 cui Lipsensis XX juvenum.  
 XXXVIII. M. Krotii in Magisterium Haberlandi.  
 XXXIX. In Magisterium Cospicui  
 XL. Berzmani Herdesiani.  
 XLI. Christiani Vopleri.  
 XLII. Abrahami Theopoldii.  
 XLIII. M. Cospicui Gratiam. Ioh. u. Magister.  
 XLIV. De Dignitate Consulari Treveson.  
 XLV. De Dignitate Notariatus Gelami.  
 XLVI. Apudimorum Politiconum sigula.  
 XLVII. Nuptiis Metri a Jena.  
 XLVIII. M. Pucneri.  
 XLIX. M. Richardi.  
 L. Wolfgangi Hanen.

LI. N.  
 LII.  
 LIII.  
 LIV.  
 LV.  
 LVI.  
 LVII.  
 LVIII.  
 LIX.  
 LX.  
 LXI.  
 LXII.  
 LXIII.  
 LXIV.  
 LXV.  
 LXVI.  
 LXVII.  
 LXVIII.  
 LXIX.  
 LXX.  
 LXXI.  
 LXXII.  
 LXXIII.  
 LXXIV.  
 LXXV.  
 LXXVI.  
 LXXVII.  
 LXXVIII.  
 LXXIX.  
 LXXX.  
 LXXXI.  
 LXXXII.

Ec. II



C.VII.

*Super obitum*

Magnifici viri, Virtute, Doctri-  
nâ, Prudentiâ & Eloquentiâ præstantissi-  
mi, Domini

ANDREÆ RAUCHBARI,  
IN HEMSENDORF, IC. VVITTEBER-  
GENSIS QVONDAM ACADEMIAE  
Professoris,

ET

*Illustrissimi Electoris Saxonie*

CHRISTIANI I.  
CONSILIARII ET VICEANCEL-  
larii dignissimi: qui XII. Septembr. circa medi-  
um noctis, anno M. D. CII. ex hac vitâ inter arden-  
tiss. preces discessit.



VVITTEBERGÆ, Typis Zachariæ Lehmanni.



DEO TER-OPTIMO MAXIMO,  
VIRTUTI ET DOCTRINAE  
SACRUM DICATVMQ.

*Magnificus Nobilisq; Ictus*

ANDREAS RAUCHBARVS,

Dominus in Hembendorff.

*Natus Quedelburgi Sax. Patre GEORGIO, dia-*  
*ceosus ibid. Consiliario: Matre Valpurgae Gerhardi:*  
*die XV. Aug. An. Chr. M. D. LIX.*

ALUMNUS Acad. Iuliae Wittebergensis & Mar-  
purgensis: ubi & clariss. Iuris antistites & doctores &  
amicos habuit:

PROFESSOR

*Wittebergae declaratus, Anno Christiano,*  
*M. D. LXXXIII. Die XXIX. Octobr:*

DOCTORIS TITULO

**P**ublicè post solemnia experimenta, à magno illo Icto. &  
trium Elect. Sax. Consiliario, MICHAELE TEUBERO  
donatus, Anno M. D. LXXXV. die XV. Febr. Quo  
eod. & NUPTIIS celebratis cum EUPHROSINE, ejusd. TEU-  
BERI F. virgine & unica, LIBERORVM DECEM parens  
factus, EUPHROSINES, Annae, Michaëlis, Catharinae, Salo-  
mes, Andreae, Elisabethae, Mariae, Georgi, & Christiani.

CONSILIARIUS

Dresdae constitutus à Sereniss. Elect. Sax. CHRISTI-  
ANO I. Anno M. D. LXXXIX. Postmodum &  
VICE-CANCELLARIUS, An. M. D. XC.

CAES



## CÆTERA

**I**N officio Fidelis: in fortunâ Modestus: in actionibus  
Candidus: in egentes Liberalis: Laboris-patiens: Boni  
publici vindex & custos: Felicitate in rebus expediendis  
incredibili: Domi forisq; carus: INGENIO, Memoriâ, Iudicio,  
Eloquentiâ & Autoritate excellens: PIETATE in  
Deum singulari: in vitâ hâc quotidie sibi moriens, ut mortuus  
Christo in celis viveret: ubiq; jam cum DEO cœtuq; Beatorum  
vivit, victurusq; est in omnem seculorum perennitatem: postquam  
per mortem, quicquid mortale erat, desiderio immortalitatis,  
lubens volensq; cum DEO volente, exsistit; Anno  
M. D. CII. Die XII. Septembr. Horâ XII. noctis. Ætatis  
sue anno XLIII.

HOC MONUMENTVM

*Iure opt. sibi in hoc Templo ab Heredd.*

PONI MERUIT.



A 2

Tumulo





*Tumulus*

ANDREÆ RAUCHBARÆ  
R I, IC.

**H**EC IACET ANDREAS, RAUCHBARÆ  
SPLENDIDA GENTIS  
GLORIA, NESTOREOS VIVERE DIGNVS  
AVOS;  
AMBROSIASQ. ADHIBERE DAPES ET NECTA-  
RIS HAVSTVS.  
OPATRIAE QVONDAM NOBILE DEPOSI-  
TVM,  
HEIC MODO DEPOSITVS! QVIFAMA NOMI-  
NIS ORBEM  
HVNC REPLET, ANGVSTI CLAVDITVR OR-  
BE SOLI.  
INGENIVM HVIC PALLAS, SVADA OS, THE-  
MIS VTRAQ. PECTVS,  
MORES ET FACIEM PERPOLIERE VE-  
NVS.  
CONSILII FELIX, ET HONORVM LVCE; SED  
ET RE  
CONIVGII, ET DENO PIGNORE: DIVES O-  
PVM.  
QVAE DIXI, FVIT HIC, ET QVAE NON DI-  
CERE POSSVM.  
CVRA SED HVIC PIETAS ET DEVS VNA  
FVIT.

Epiced-



EPICEDIVM.

**E**rgone tam subito vertuntur singula casu,  
Quæ sunt sub radiis menstrua Luna tuis!  
Nil adeo sævæ tristissima spicula mortis  
Effugit, aut iram Parca maligna tuam!

Nil animi candor, nil mens sibi conscia recti,  
Nil probitas, clarum aut nomen ab arte juvant!  
Stat sua cuiq; dies, stat inexorabile Fatum:

Parcere Parcarum nescit avara manus.

Te quoq; , care Parens, rapit implacabile Lethum,  
Heu præmaturâ morte peremptus abis!

Sed quoniam vivo tibi spes fuit vnica CHRISTVS

Et requies animi, vita, levamen, amor;

Non moreris: vitam ingrederis moriendo beatam:

Vita tibi CHRISTVS, mors properata lucrum.

Ingrederis Patriam, pollutum deseris orbis

Hospitium: Cœli mansio parta tibi.

Spiritus astra tenet, tormento liber ab omni,

Adjunctus CHRISTO cœlicolûmq; gregi:

Corpus humo positum superas exurget ad auras,

Vltima cum mundo fulserit illa dies.

*Pietatis & amoris ergo, Parenti carissi-  
mo mœstissimus faciebat Filius*

Michael Rauchbarus.





**S**CILICET hospitium Terra est, non propria  
sedes:

Nec data mancipio, sed in usum Vita; datori  
Quotidie reddenda suo. cras jusserit? ito:

Res compone tuas, & Corporis exsue vestem,  
Quæ tumuletur humo. sub humo sit Corpus oportet,  
Cælum, Animæ patria est, cælum spiremus, & almos  
Elysi campos: sedes ubi certa beato  
Exspectanda gregi, Felix, qui vescitur illic  
Ambrosiæ succos, & odori nectaris haustus!

Tu, RAVCHBARE, potes felix hâc parte vocari  
Tu, quod spirâsti, votis quod & omnibus unum  
Semper anhelâsti, cælorum sede potiris:  
Et curâ vacuus securo lumine rides  
Nil profecturæ tot inania somnia curæ,  
Quis torquemur humi, nostrosq; elidimus annos.

Quid juvat in longos animum diffundere questus?  
Non fas est tua fata queri, RAVCHBARE, querelâ  
Nos potiùs digni, cæcis qui flebile fatis  
Ludibrium debemus, & omni volvimur æstu.

Illâ tamen vitæ series, exemplar Honesti,  
Pertexenda mihi. longa est operatio, longæ  
Ambages: sed summa sequar fastigia rerum:

Et



Et vos, exsequias qui tanto iuistis alumno,  
Historiæ breviorè manū per singula ducam.

Illa **QUEDELBURGUM**, cæli melioribus astris,  
Ingenio meritisq; bono Genitore, sub auras  
Primum hoc emisit Naturæ nobile germen.  
Scilicet hoc uno vel Cive urbs patria tantum  
Saxonix hæc alias inter caput erigit urbeis,  
Quantum nana solent inter fruticeta cupressi:

Ut studiis maturus erat, claramq; Lycæi  
Ferre diem poterat; patriæ Custode relicto  
Tentat Ephebum, quod pridem ingentibus ausis  
Iulius erexit Guelforum postuma proles:  
Nomen & hoc retinens ab Iulo Iulias audit.  
Hic se Consultis & Civica jura peritis  
Mancipat: & studiis annos transcendere nitens  
Tantumq; & talem Consultum in pube minatur.  
Prima sui debet Borcholto semina fructus.  
Et ne qua ingenuum labes corrumpat ephëbum,  
Nobile moly suis maturè colligit annis.

Hinc se **Leucoridum** cælo committit, & alma  
Patribus Eunomiæ: quos inter in agmine tanto  
Illa **Vvesenbecix** splendebat gloria famæ,  
Ut rota luciferi claro nitidissima cælo.

Post **Martispurgum**, quâ tollitur **Hassia** tellus,  
Visitat. hic juvenem **Försterus** jura docebat,  
Consulti palmare decus **Försterus** & ævi:  
Hunc & **Vigelius**, hunc & **Sextinus**, asylum

*Juris*

**ANDREAS**  
Rauchbarus  
nascitur **Que-**  
**delburgi**, 15<sup>o</sup>  
Aug. A. C. 1559

**Helmstadium**  
accedit Mense  
Majo. A. C.  
1576

**Vitebergam**  
pride Kal.  
Maji. A. C.  
1578

**Marpurgum**  
d. 22. Junii,  
A. C. 1579



*Juris uterq;, suae poliunt ad Legis amussim.*

Redit VVitebergam, M.  
Decembr. A.  
C. 1580.

ubi Digesta  
privatim  
explicat, dis-  
putatq;.

D. 29. Oct. A.  
C. 1581. Pro-  
fessor Institu-  
tionum decla-  
ratur.

D. 28. Febr. A.  
C. 1584. pro  
Gradu dispu-  
tat, & spon-  
salia deinceps  
celebrat cum  
Nobiliss. IC  
Mich. Teube-  
ri F.

D. 15. Febr. A.  
C. 1585. Do-  
ctor à Socero  
renunciatur,  
& simul Nu-  
ptias facit.

*Sed monet usq;, sed usq;, monet secreta voluntas*

*Ire VVitebergam. VVitebergam it rursus amico e*

*Sidere curabant tacite sic omnia Sortes. (cuiquam est,*

*Hic, quicquid Pulchrum, quid Honestum atq; Utile*

*Spondebant, RAUCHBARE, bono tibi numina fato.*

*Hic, qui jam plures animum formaverat annos,*

*Ductoremq; secutus erat, dux esse juventa*

*Incipit: exercetq; Themis, discitq; docendo.*

*Mox Et Juridici fit Pars allecta Senatûs,*

*Moxquè Professoris titulo propè nescius auget:*

*Nam se blanditiis ( qui mos sollemnis habetur )*

*Insinuare, nefas ducebat grande; vocatum*

*Velle reluctari, rem non prudentis. Ab isto*

*Temporis excursu, trahit ipsum sana cupido*

*Conjugis, hinc sociam maturus amator, ab omni*

*Seligit Euphrosynen numero. tu maxime magno*

*Fis genero, Teubere, Socer. neq; pulchrius usquam*

*RAUCHBARE aut Socerum, Generum aut Teubere vo-*

*Fortunata dies post eidûs tertia mensis, (câsses.*

*Februa cui priscis fecêre piacula nomen!*

*Quando Socer Generum solemnibus ornamentis*

*Consulti titulo Themidosq; insignibus auget:*

*Quando Gener Soceri densâ spectante coronâ*

*Filiam ad augustas unam sibi copulat aras.*

*Hec fieri videt una dies. ô una trecentis*

*Luciferis potior! quanti haec spectacula sensûs,*

*Dicere*



Dicere nemo potest, dicenti credere nemo;  
Nisi socii gener, & generi socer audiat æquæ  
Sortis, & eventis eadem persenserit æquis.

Inde vocatus abijt CHRISTIANO Principe Dresdam

Consiliante operâ moderari publicarum.  
Quin Cancellorum Secreta illa intima septis  
Clauſa procurabat sociâ cum parte magistri.  
Hoc satis officio & variè spectatus in Aulâ,  
Vult rude donari. votiq; ibi compos, amicam  
(Porro sui dominus pro sorte) reuertitur ædem.

Fatis ille quidem clementibus exiit Aulâ,  
Sed non & curis aulæ. nam sæpe vel absens  
Iussus tricoſæ Commiſſa negotia cauſæ  
(Incideret quoties Rauchbaro vindice nodus  
Dignior) extricare acie Rationis & Æqui.  
Propria laus illi, pacatas reddere parteis,  
Atq; ope non magnâ magnas componere lites.  
Felicis Miſeriq; nefas pensabat eadem  
Iuſticiæ trutinâ pariliq; examine nutûs.  
Nulli unquam ſolitus patronam vendere linguam,  
Remvè intricatam facere, hinc extricet ut aurum.  
Immò cliens non rarò ſui ſtetit ære patroni.  
Hi mores illi, mens hæc immota ſedeſat,  
In Commune Bonum totas impendere vires;  
Nec ſibi ſe à patriæ genitum ſe credere terræ.

Dives erat: ſed diuitiis non tradere mores  
Atq; Numam in Cræſo repræſentare, putabat

B

Divitis

Die Adſcent.  
Chriſti A. C.  
1588. Dresdâ  
vocatus Conſi-  
liarius ſit  
Aulicus. Poſt  
A. 1590. M.  
Decemb, mu-  
nus Vice  
Cancellarii  
ab Elect. eidẽ  
demandatur.

D. 23. Nov. A.  
C. 1591. ab of-  
ficio, uti rogat  
verat, cum  
bona gratia  
dimiſſus redit  
Vitebergam,  
hincq; Hamb-  
ſendorſium. Vbi Commiſ-  
ſiones (quas  
vocat) & mul-  
tas & graves  
ab Aula de-  
mandatas ſin-  
gulari felicitate  
obivit.

Iuſticiæ gerit  
manus ſacer-  
dos:

Non mango  
alienarum for-  
tunatum &  
captivum.

Non tricoſus:  
Non ſordidus:  
publici Boni  
cuſtos.

Opulentus,  
non tamen  
ob id ferocius  
Comis & lib-  
ralis: Subditus



minimè one  
 rosq:  
 Gravitate hi  
 lari: magnani-  
 mus: Eloquen-  
 tia,  
 Ingenio, Me-  
 memoria &  
 Iudicio po-  
 tens;  
 Candidus:  
 Fidei & pro-  
 missi tenax:  
 Propositi ur-  
 gens:  
 Libros in Iure  
 confectos, ha-  
 bet, & affectos  
 Liberorum  
 parens de-  
 num:  
 Pietatis exi-  
 miæ,  
 & IC tis imi-  
 tandæ.

Divitis esse. inopem non tantum affamine molli  
 Sed resolari. Quid opus vultu esse benignum,  
 Et largum verbis, ubi nil largiris egenti?  
 Rustica simplicitas Et jure obnoxia, nunquam  
 Vel dare vel facere est exacta impensius æquo.  
 Mira illi gravitas inter fora; mirus omisâ  
 Paulisper gravitate lepos: animi grave robur:  
 Eloquium vocale, Et dives gratia fandi:  
 Felix Ingenium: felix Retinentia: felix  
 Iudicium: dominans in Vero simplice Candor,  
 Culpariq; Fides metuens; industria pernix:  
 Nil actum credens: si quid superesset agendum.  
 Quantæ artis fuerit studiiq; in Iure sacerdos,  
 Ingenii monumenta docent. pars credita luci est,  
 Pars adfecta domi pars Et confecta tenetur.  
 Conjugii decies pretium mercesq; soluta est;  
 Dum sexu imbelli senos, potiore quaternos  
 Edidit Euphrosyne fœcundo pondere fœtus:  
 Iamq; novem superant, quæ primùm nata puella est,  
 Primùm Et denata est, Et nomine Et indole Mater.  
 Laus numerosa quidē RAUCHBARI, et splēdida virtus:  
 Sed numerum Et lucem Pietas supereminet omnem,  
 Calitūs accensi quâ pectoris ara calebat.  
 Sensibus hoc imis quiqui es, Consulte, reponas:  
 Nî tibi sit Pietas in Codice prima magistra;  
 Codicis ut folia exagitantur ab impete venti,  
 Sic Et honos tibi, sic Et opes ludibria fient.

Vc



*Vt vitæ suprema videt sibi fata parari,  
Se parat: Et cænat sacrosancta cibaria Christi,  
Divi-hominis Christi. sanæ Pietatis amorem  
Caris inculcat. de re testatur habendâ;  
Quæq; sacros pietas heredum ponat in usus.  
Extremum singultat hæve Mundoq; Suisq;  
Extremumq; vale. superat vox unica, I E S U;  
Unica vox Iesu animam simul exhalavit.*

**Frid. Taubmanus: Poëta & Professor  
Ordinarius.**

*Virtus sacræ  
Cenæ. Suos ad  
pietatem hor-  
tatur:  
Componit  
testamentum.  
Legat argen-  
tum ad pias  
causas.  
Terræ valedi-  
cens cælum  
suspirat, atq;  
in fide Iesu  
Christi placit  
dissimè exspi-  
rat. D. 12. Sept.  
A. C. 1602.  
Aetatis, 43.*



B 2

ALI



A L I V D.

**D**ecessit carus Themidos surreptus ocellus,  
 Et tu nos lacrimas fundere, dure, vetas?  
 Nulli sunt luctus, nisi magni Herois, acer  
 Plebejo levior funere luctus erit. (bi.  
 Possum ego in exsangvi positum spectare feretro  
 Deliciumque Hominum, deliciumque D E I  
 RAVCHBARVM, & salsas non solvi totus in undas?  
 Haud tenero gelidus stat mihi corde silex.  
 Fibra humana mihi est: humanum credo, dolores  
 Si cui clausa cient funera sandapilis.  
 Inprimis RAVCHBARE tuū; qui gnarus ad unguem  
 Perplexæ nōras dedala sensa Dices.  
 Qui poteras patria dominas tractare secures,  
 Esseque Saxonia linguaque corque Duci.  
 Rui recti justique tenax: qui semper egentis,  
 Et miseri fueras ara Deusque rei.  
 Cui cordi & cura, de quo vis velle mereri  
 Egrege, & nulli turpiter officere.  
 Quem bene non docuit moderatrix vivere Virtus,  
 Sed bene Virtutem vivere qui docuit.  
 Iudicii integritas: candoris gloria: morum  
 Regula: communis publica fama Boni.  
 O fati que te rapit inclementia! Fatum  
 Sed quid ego tristi differo voce tuum?

Hoc



*Hoc fixum aeternam stat inexorabile lege:*

*Serius aut citius mors sua quemque manet.*

*Migrandum hinc: migrat hinc & primus, & ultimus ordo.*

*At celo patriam, qui bene migrat, habet. (haläst)*

*Proin quia migrantem RAVCHBARE, animam ex-*

*Langvidulum CHRISTI nix caput merito;*

*Quis te non vixisse velit, quam vivere? quis te*

*Incolere illa fremat astrica templa DEI?*

*Quamvis difficile est penitum deponere luctum,*

*Naturaeque decus non meminisse tua:*

*Sic abiisse tamen siquidem tibi profuit, aequum est*

*Expelli aeternam pectore tristitiam.*

*Interea salveto mihi RAVCHBARE, tuosque*

*Cogita inaequali te pede ponere sequi.*

*Namque, ubi tu nunc es, nos illic tendimus: unam*

*Omnes spes eadem, res eademque manet.*

**M. Casparus Steubius Silesius.**



*Hec*





*Eu funerales ducere nanias,  
Et luctuosos flebilibus modis  
Ciere planctus, iussa Fati  
Heu nimis aspera iussa cogunt.  
RAUCHBARVS, illud Saxonia decus,  
Lumen Themistos occidit, occidit  
Insignium splendor virorum,  
Et genere & pietate magnus.  
Ab quam misella sortis homunculi  
Vivendo vitam perdimus: it dies,  
Et Mors propinquat: concitato  
Vita volat fugitiva cursu.  
O si beatum nomen ab artibus,  
Aut invidenda laudis adorea,  
Seu mascula virtutis ausus  
Aemulus Herculeo labori;  
Felicioris si vigor ingeni  
Aut digna celo si pietas moram  
Afferre canis, atq; vitæ  
Defluvio occidua valeret;  
RAUCHBARVS, alta mentis & ardua,  
Illustris almà laudis adorea,  
Corona virtutum bonarum  
Viveret & frueretur aurà.*

*Vixit*




*Vixit : sepulcri clauditur ambitu  
Corpus : sepulcri non tamen ambitus  
Concludit ejus quicquid usquam est :  
Parte sui meliore vivit :  
Vivet futuris gloria seculis,  
Si qua futura est, posteritas leget  
Quod preparatum est, Et perenni  
Condecorabit honore nomen.  
Vivit superstes aethere Spiritus  
Nexus solutus corporeo : D E I  
Augusta majestas tuendam  
Se tribuit sine nube menti.  
Parum quiescent exuviae pie,  
Donec suprema calitus insonet  
Clangor tubae, mandante Christo,  
Exanimis animans figuras.*

*Domino Mecanati, & Consobrino suo  
parentis loco habendo, pietatis, & ob-  
servantiae ergò in summo luctu  
& mærore faciebat*

*Iohannes Gerhardt Quedlinb.*

*FINIS*








78. 93.









*Id 4212.  
8.*

ULB Halle 3  
002 391 589



*D*


*So*

*MC*

*VOM*








811  
504







C.VII.

*Super obitum*

Magnifici viri, Virtute, Doctrina,  
Prudentiâ & Eloquentiâ præstantissimi,  
Domini

ANDREÆ RAUCHBARI,  
IN HEMSENDORF, IC. VVITTEBER-  
GENSIS QVONDAM ACADEMIAE  
Professoris,

ET

*Illustrissimi Electoris Saxoniae*

CHRISTIANII.  
CONSILIARII ET VICE CANCEL-  
larii dignissimi: qui xii. Septembr. circa medi-  
um noctis, anno M. D. CII. ex hac vitâ inter arden-  
tiss. preces discessit.



VVITTEBERGÆ, Typis Zachariæ Lehmanni.